

deantur, licet animaduertire & cognoscere ex agris
 cretensium, qui sunt circa Pothereum flumen, quod
 est Cretæ inter duas ciuitates, Gnoson & Cortynam.
 Dextra enim & sinistra eius fluminis, pascuntur pe-
 cora, sed ex iis. quæ pascuntur proxime Gnoson, sple-
 nem habent, quæ autem ex altera parte, proxime Cor-
 tynam, non habent apparentem splenem. Vnde etiã
 medici quærentes de ea re, inuenerunt in iis locis her-
 bam, quam pecora rodendo, imminuerant lienes, ita
 eam herbam colligendo, curant lienesos hoc medica-
 mento, quod etiam αὐτὸ ληυὸν cretenses uocant. Ex
 eo licet scire, abo atq; aqua, proprietates locorum na-
 turaliter pestilentes aut salubres esse. Item si in pa-
 ludibus moenia constituta erunt, quæ paludes secun-
 dum mare fuerint, spectabuntq; ad septentrionem,
 aut inter septentrionem & orientem, eaq; paludes ex-
 celsiores fuerint q̄ litus marinum, ratione uidebun-
 tur esse constituta. Fossis enim ductis, fit aqua exitus
 ad litus, & ex mari tempestatibus aucto, in paludes
 redundantia motionibus concitatur, amarisq; mixtio-
 nibus, non patitur bestiarum palustrium genera ibi
 nasci, quæq; de superioribus locis natando proxime
 litus perueniunt, inconsueta falsitudine necantur.
 Exemplar autem huius rei gallicæ paludes possunt
 esse, quæ circum Altinum, Rauennam, Aquilegam,
 aliaq; quæ in eiusmodi locis municipia sunt proxima
 paludibus. q̄ his rationibus habent incredibilem sa-
 lubritatem. Quibus autem insidentes sunt paludes,
 & non habent exitus profluentes, neq; per flumina,
 neq; per fossas, uti pontina stando putrescunt, & hu-